

*Ambulate in dilectione, sicut et Christus.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Ephésios

4, 30 — 5, 2

**F**ratres:

<sup>30</sup> **N**olíte contristáre Spíritum Sanctum Dei,  
in quo signáti estis in diem redemptiónis.

<sup>31</sup> Omnis amaritúdo et ira  
et indignátio et clamor et blasphemía  
tollátur a vobis cum omni malítia.

<sup>32</sup> Estóte autem ínvicem benígni, misericórdes,  
donántes ínvicem,  
sicut et Deus in Christo donávit vobis.

<sup>5,1</sup> Estóte ergo imitatóres Dei,  
sicut filii caríssimi,  
<sup>2</sup> et ambuláte in dilectióne,  
sicut et Christus diléxit nos  
et trádedit seípsum pro nobis  
oblatiónem et hóstiam Deo  
in odórem suavitátis.

Verbum Dómini.